

Liber georgicorum Nicolai devalle.



...et deorum ...  
...in ...

Pio JJ. Pont. Max.

Nicolaus de vale,

Si vacat enea rerum dignissime presul

Grataq; sunt animo carmina nostra tuo

Perlege que quondam dulci modulatus auem

In latios ausus vertere greca modos.

Ac rei inspicias *clarissima scripta* poete

Grecia quo quondam floruit hesiodo

Hec fuerant; fateor . plectre meliore cauenda

Hic opus ingenii quippe senilis erat

At quia non uullos tam magna superbia pates

Eleuat, vt nullo greca in honore putent

Sum tamen hoc ausus bis septem et quattuor annis

Dum mea labuntur lustra trabente dea

Sumpsinus et tenuos grecorum e fontibus haustus

Mixtaq; cum greco lingua latina fuit

Quicquid id est ad te patum clarissime pates

Mittimus es clario non minor ipse deo

Suscipe et hesiodum placido complectere pulsa

Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo

Hesiodi poete  
gicon liber Nicolai de vale e greco cōuersio.

i. opera et dies geor,  
gicon liber Nicolai de vale e greco cōuersio.

p Terides muse quarum viget inclita cantu  
Fama ducū et vestri dec<sup>9</sup> imortale parētis

Dicite cur hominum pars hec sine nomine vitam

Ducat: et illius cur fama eterna per altum

Euoluet: hec iouis est magni diuina voluntas

Ille etenim altitonans summi regnator olympi

Exultat imbelles animos: et fortia corda

Debilitat: duce quo fortuna inimica superbos

Deprimat: atq; humiles clarum super ethera tollit

Tum mala mens hominis meliorē inclinat ad vsum

Et capiunt molles crudelia pectora cultus

Exaudi qui cuncta pollo specularis ab alto

Qui nihil ignotum est. sanctissima dirige iura

Justicie. liceatq; mibi fraterna monere

Pectora .et ignotos viuendi ostendere mores

Sunt gemine in terris quibus altercantur in vnam

Mortales cause. variaq; mente trahuntur

Una quidem studium laudabile sedula curat.

Altera crudeli rerum depascitur haustu:  
Bella cupit. pugneq; exercet iniqua tumultus  
Inuisum atq; atrox pestis genus hanc tamen ipsi  
Mortales fugiunt: fademq; volentibus hanc diis  
Exoptant .nequeuntq; huius cohibere furores  
Illam autem prius obscure genuere tenebre  
Sed fato meliore pater saturnus illam  
Et generi humano et terre radicibus imis  
Imposuit. segnes artus et inertia corda  
Excitat alter enim segnis cui vita manebat  
Alterius spectans cumulos mora nulla bouesq;  
Jungit et impresso terram diuertit aratro  
Siue domum curat: siue inserit alter ad artes  
Uicinum picinus agit. laudabilis hec est  
Pugnandi ratio. fugienda sed altera .sub qua  
Inuidet aut figulus figulo vel egenus egeno  
Siue faber fabro. dulcisq; poeta poete  
Hec mea dicta precor toto cape pectore perse  
Hec te crebra foro speculantem iurgia vulgi

Quocet a studiis pugnandi inimica voluntas.

Hemo forum sequitur. quē non fouet annua messis

Et bene clausa domi cereris gratissima dona

Hec querenda prius de hinc si vacat i pete vulgus

Et fora in alterius rebus certamina pone

At non illud ages iterum germane. quod olim

Ausus es infelix. litem hanc data iura resoluent

Scis quondam inter nos prima est partita facultas

At tu nil iusta multum plus parte vereris

Tecum efferre rapax. corruptus munere iudex

Ille tuo est. sub quo tota hec sententia pendet.

Ignarus non nouit enim q̄ dulcius aut q̄

Sit medium toto. melius: seu viuere malua

Utilius. quantum dulci seu viuere porro:

Hos veterū victus occultauere superni

Inqz polo retinent celestes. tempore quorum

Sat fuit vna dies tenui exercenda labore

Una quiescent tibi debinc alimenta parabat

Annua: tunc poteras temonis robora fumo

Explozanda dare. et nulli iuga curua premebant  
Terga bouum. nullū hem iones sensere laborem  
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores  
Fra iouis. cum se deceptum fraude promethelg  
Sensit et illius causa mortalibus auxit.  
Curarum moles subreptum qz abdidit ignem.  
Reddidit hunc iterum terris curuaqz latentem  
Subripuit ferula cauto puer ille tonanti.  
Iapetionides .facto qui submine gaudet  
Lulit fraude sua. subitam tamē arsit in iram  
Hec pater effatus nubis collecto: aquose.  
Iapetionide cuius prudentia cunctos  
Consilio excellet magnum spreuisse tonantem.  
Arte tua gaudesqz dato mortalibus igne  
Heu nociture tibi generi nociture futuro  
Tale mali genus excutiam quo pectore toto  
Erulent homines cupidi sua damna ministrent  
Subrisit fatus diuinū pater atqz hoim rex  
Aulcanum aspiciens atqz illi talia mandat

Vado celer speciem e terra mixtoq; liquore  
Confice mortalem cui vocem et robor a iunge  
Sitq; ea virginæ celestis ymago puella  
Quam sibi quisq; velit dea quam doctissima pallas  
Instruat et varias percurrere pectine telas  
Adiciat capiti falicem venus aurea formam  
Curet vt assidua stimulatâ cupidine corpus  
Falla cęq; addat mentem et fallacia verba  
Interpres superũ victor cyllenus argi  
Dixerat. imperio iouis annuit equa voluntas  
Lelicolum exemplis singis vulcanæ puellam  
Virginis ora deæ similem. quam glauca minerva  
Linxit .et ex omni fulgentem parte poliuit  
Huc etiam charites. etiam celeberrima pitho  
Aurea cadenti posuere monilia collo  
Effuseq; comas hore de flore coronans  
Vernali tribuere deæ. tamẽ attica pallas  
Illam præcipuo forme decorauit honore  
Et superum interpres victor cyllenus argi.

Fallacem attribuit mentem et fallacia verba  
Sic pater altitonans diuino iusserat ore.  
Quando quidem dederat sua munera quisq; deorum  
Mercurius merito pandozam nomine dixit  
Exitiale malum mortalibus et vera pestis  
Postq; autem tantos confecit iupiter astus  
Mercurium et magnum iubet ire epimethea dono  
Cui ferat hanc. qui nil peritus precepta promethei  
Cepit .et accepto nouit sua damna epimetheus.  
Nam prius humano generi secura manebant  
Tempora .nulla mali species aut cura laboris  
Morborumq; genus tristem qui funeris atris.  
Corripere viam : quibus omnis frangitur etas.  
Vincere dulce fuit .quadam sed tegmen ab vna  
Dum pandoza leuat .totum exiliere per orbem  
Lurari infeste effigies .spes sola remansit:  
Intus et elabris ima sub parte resedit.  
Obstitit impositum nam tegmen abire volenti  
Sic qui .fulmen ait nubis collecto: a quo se



Jusserat innumereq; etiam mortale pagantur  
Per genus infande spēs quibus equos et omnia  
Terra infecta tumet. morbi noctesq; diesq;  
Sponta sua sine voce ruunt. nāq; ab Ioue summo  
Ablata est illis quecunq; potentia fandi.

Sic impugne parens offenditur ille deorum:

Si vacat o frater si non audire recuses

Ordine plura canam. genus immortale creatum

Ac mortale simul credendum est. aurea primum

Secula dii superi totum sparsere per orbem

Tempore quo celi imperiū saturnus habebat

Tunc homines diuum vivebant more. nec illos

Anxia curarum moles operumq; labores

Lassabant aberat tristi cum mente senectus

Semper et in valido regnabant corpore vires

Nulla mali labes. conuiuia leta placebant.

Mors similis somno fuit atq; vberima tellus

Omnia liberius nullo cogente ferebat

In cōmune bonū. nec quisq; invidit habenti

Quam felix etas erat omnibus vna voluntas

Et taciti letos soluebant pectora in vsus.

Aurea postq̄ hominum paulatim defuit etas

His pater altitonans meritos adiunxit honores

Sub terris habitare dedit . qui numina facti

Et genus humanū sancte quoq; iura tuentur

Iusticie tenebris circumfusi q; peragrant

Terrarum fines et opes mortalibus augent

2. etas . Proxima successit terris argentea proles.

Auro deterior sensuq; et moribus impar

Tunc sibi quisq; sue fecere sub ybera matris

Ocia mortales paulatim adoleuit in annos

Ingeniū rude principiū quo decolor etas

In propriis etiam laribus rude pectus agebat

Aucta tamē postq̄ ad summum peruenerat etas

Uiuendi breuius spatium fuit anxius ardor.

Curarum incumbens aderat . quas improba mentis

Gaudia fecerunt . alterna iniuria nunq̄

Desistit . et nulla in superos reuerentia nullos

• Sacrozum ritus etas argentea vidit

Hanc deus extinxit meritam flammatus in iram

Postq̄ boim occulit argentea secula tellus

Non tamen illozum sine nomine vita recessit :

Sub terrisqz dei sedes colluere secundas

• Tercia post illam successit enea proles

3<sup>ta</sup> etas

At nihil argento similis dryadumqz creata

Sanguine dura quidem robustaqz pectora tendens

Tota feri misero martis feruebat amore.

Nulla quies illi nullum ius. durior etas

Ipso adamanie fuit vultu metuenda superbi

Cui nunq̄ inuictum robur fortisqz lacertis

Defuerant hmeris. tunc erea tela domusqz

Omnis in ere labor non ferri emerferat usus.

Hec autem proprio proles consumpta furore

Ad gelidi loca nigra disis sine honore recessit

Et q̄q̄ extiterit inuicto robore ab atra.

• Aborte tamen picta est solis lumenqz reliquit

Postq̄ autē occulta est et enea corruit etas

+ 608

Quarta fuit soboles melior cui plurima toto  
 Justicie herebant animo precepta verende  
 Divum genus heroum primūqz vocari  
 Semidei immensos illi potuere per orbes.  
 Hos insanus amor martis belliqz nephandi  
 Ardor a genozide septem prope menia cadmi  
 Edipode imperii causa consumpsit. et alti,  
 Hos maris yndisoni fluctus cum pargama classes  
 Argolice peterent. ubi pallida mortis ymago  
De super incubuit. dum iusto placitur ense  
 Tindaris. hos etiam toto diuisit ab orbe  
 Jupiter et vite meliorem tradidit vsum  
 Elysiosqz dedit colles habitare profundi  
 Litus ad oceani. felix et sancto propago  
 Hic ubi vernat humus. ubi dulcia poma quotannis.  
 Ter gremio effundit nutrix pberima tellus  
 Ostendunt non me quinta cū stirpe creascunt  
 Fata. sed ante mori seu post licuisset oari  
 - Ferrea nunc etas. quam cure et mille labores

50

Nocte dieqz premunt, paulatimqz illius instant

Exilio, sic diis placitum, sed prospera tanto

Sata etiam venient aliquando in turbine rerum

Nec minus hec infanda hominum delebitur etas

Cum matura annis illoz tempora cani

Inficient crines natis nec vt ante parentes

Nec patribus nati similes nec hospite tutus

Hospes erit, sanctum corumpent fedus amici

Et furet arma cels inter discordia fratres

Viuet honozis inops hominum properata senectus

Nec pudor effractus senio obiurgare parentes,

Infelix soboles, legem et precepta deorum

Nescit et inualido non hec alimenta parenti

Iusta sua reddet, quid euim q iniqua rapaces

Appetet vsqz manus vrbesqz et mentia narrem

Alterna deleta manu iurataqz fallent

Dumina iusticie nulli tribuentur honozes

Hulsa gemet bonitas illum venerabitur orbis

Cui mala mens suadet fera crimina tota iacebit

Tota quidem orbatō tecum reuerentia vultu

O dea iusticie. scaboles en improba ledet

Si probus vllus erit. quē contra insurget iniqua

Voce furens factum affirmans: altrixq; malorum

• Inuidia incedet fatali turbida vultu

Protinus humanas sedes astrea relinquet

• Diua suos pariter tendet reuerentia cursus

Ad superos nstido velate corpus amictu

Nulli recedentes ille mortalibus egis

Non cessanda tamē rerum mala semina linquent

At nunc te moneam q̄q̄ sapias omnia iudex

His intende animū. sed quid iuuat ista monere

• Stultus maiori quicunq; resistere temptat

Uincitur et magno penas subit inde pudorem

Sic ego sum tanq̄ volucris quam prenderit asur

Prensasq; sublimes agitur philomena per auras

Hec dolet infelix vnguī transfixa recuruo

Quam contra horribili raptor: sic intonat ore

Quid misera exclamas: te multum fortior asur

Te premittit huc adsis quo te meus egerit ardoz

• Et quod bene suaue canas michi cena futura es

Si lubet aut dimissa iterum remeabis in auras

Sic fatus. tacuit pennatus et impiger astur

• Tu modo iusticiam cole .nulla iniuria per se

Tecum habitet fatale gerit secum illa nec illa

• Nullus amat. nisi mens cui vilis et improba surgit

Vir bonus hanc inferre timetqz si intulit acti

• Penitet. et magno contristat corda dolore.

• Est via iusticie melior: qua vincitur omnis

• Omnis ad extremum veniens iniurius ardoz

• Quid dicam quod nunquam aliquid dementia noscitur

Ibi modo passa prius .si qui male iura ministrat

Peccerat et tandem dementi panditur erroz

• Erripe iusticiam corruptus munere iudex

• Jus violat. dolet hec et nulli visa per urbem

Tristis it et lacrimas penam mortalibus orat

Qui violant iura et recti sacra federa rumpunt

Verum ubi iusticie sancti seruantur honores

Judicioq; pares et cuius et aduena pendent  
· Urbs viget: augetur soboles: par leta vagatur  
Pax iuuenum nutrix: nunq; his fatalia bella  
P;eparat: altit;onans nullis in rebus egestas  
Imminet in quāq; nulla est offensio dulci  
Quos iuuat interdum genio alleuiare labores  
Terra quibus large fundit sua semina et alte  
Montibus inate mittunt sua munera quercus  
Slandifere in summo media tamē arboze mustant  
Undiq; apum vngentes acies . pestemq; ministrant  
· Vanigere pecudes . per se magis omnia florent  
Non his externa merces vebit ardua puppis  
· Omnia dat tellus: quid enim q; iuncta marito  
Et patribus similes emittit femina partus  
Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris  
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis  
· Sepe subit penas plebs tota miserima tantum  
Anius ob noxam . pestis furit atra per vrbem:  
Et male suada fames paulatim deficit omne



Vulgus et euacuos ostendunt lecta penates

Femina nulla parit. sic seuit iupiter erga.

Quos malefacta iuuant qui si modo forte cruentum

Abilicte exercent studium. mora nulla sinistro

Arte cadunt. vel si potius iuuat ire per altum

Illorum in medio submergitur obruta puppis

Nos igitur qui iura datis conuertite mentem.

Ad tales hominū penas. diuina potestas

Mortales circūuolitans uidet improba quorum

Judicia emergunt multorum in damna deumqz

Ignorant monitus. genus bi mortale pererrant

Innumeri tenebris circūfusi qz tuentur.

Iusticie sacra iura domant genus omne malorum

Illa quidem virgo est supero ioue nata parente

Homine clara suo cętuqz verenda deorum

Quam si quis piolet lachrymans sua fata parentis

It iouis ante pedes et lamentabile fundens

Humanos queritur mores ac debita poscit.

Supplicia in populos. tu iudex causa malorum

Qui violas sacra iura dee iam dirige mentem

*qd iusticia et cętu*

- Jus cole .in alterius te nulla pecunia vertit
- Damna .nocet sibi qui cuiq̄ nocet .et male suadet
- Ille tibi in quēq̄ si quis male iura ministrat  
 Cuncta videt pater omnipotens .et quod michi tecū ē  
 O iudex modo si lubeat speculator .ab alto  
 Nil latet hunc .aut hoc quales tribuantur honores  
 Justicie in populo .quam non ego pectore toto  
 Nec mea progenies coleret postq̄ orbe sub isto
- Spreta iacet bonitas et ius iniuria vincit  
 Inuito ioue ni fierent hec accipe frater  
 Nec animo meditare inuictū ponere furorem.
- Jus quoqz frater ama .sine quo genus omne ferarum
- Credimus alterno certatim corpore pasci  
 At nos instituit vite melioris origo
- Jura dedit pater omnipotens .ea pectore toto
- Si quis habet .decus eternum pia premia reddet
- Jupiter affligit si quis pro teste vocatus
- Peierat ac merito pensatur culpa nocentis
- Supplicio offendens ius ille offenditur pna  
 Ex quo obscura quidem nulli quoqz cognita surget

Posteritas. iusso de sanguine nata propago  
Clara caput tollet patrio seruata decore.  
Hec quoq; que referam stultissime concipe frater  
Quam facile in numeras vicioꝝ amplectimur artes  
Haud procul illa habitant. breuis est via qua sit eũdẽ  
Est via virtutis contraria. sudor anhelus  
Hanc sequitur que se scopulosis ardua cliuis  
In longum prorumpit iter. riget aspera primo  
Ingressus leuis est postq̃ alta cacumina tanges  
Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro  
Prospectans rerum fincis meliore sequuntur  
Dignum laude virum parentem recta monent  
Credimus ille tñ sibi qui non consulit aut qui  
Alterius precepta fugit vir inutilis extat  
Ergo age frater ades generoso e sanguine per se  
Heu fuge fraternos monitus operare laborem  
Inuideat tibi dira fames. spicaq; recentis  
Alma ceres ornata caput sua dona ministret  
Sic tibi plena domus segnem crudelis egestas  
Opprimit hunc homines odio superiq; sequuntur

Tormenti similem fucco. cui spicula surgunt.

Horrida. discensumq; fauis cōsumit edendo!

Semen apum. piger ipse sedet. vitaq; laborem

• Tu modo curam operi q̄tum potes aduce frater

• Horrea sic rumpunt messes sic copia rerum

• Sic pecus augetur. sic tu mortalibus aut diis

• Gratus eris. segnes animos et inertia corda

• Oderunt: <sup>q̄</sup>peri laus est imponere curam

Turpe sed huic prohibere manus incōbere labori

Forſan ad studium torpentia pectora pertes

• Dum partas o. end. o opes. virtutis adeptus

• Nomen et eternum laudis decus. ptere queſo

• Arte para p̄ctum. violare aliena nefandum est:

• Fac superis equandis eas. in combe labori.

Hec pudeat. pudor hic multos in honestus egentes

Secum habet auget opes fiducia. q̄ melior res

• A superis non. pi. prob rerum insania cupido

• Prob animus infusa lues. iam nulla pudor: is

Cura iacet passim longe post terga relictus.

Tu roleris duce te paulatim corruit ille

- Dilis inuisus homo cui mens intenta rapinis  
 · Inuigilat . neqz enim semper felicia durant:  
 · Nec minus omnipotens penis affligit eisdem  
 · Qui seruum offendit . vel qui sanctissima frangit  
 · Federa amicitie . seu qui cū coniuge fratris  
 · Non pauet infandos coitus fraternus adulter  
 · Vel qui in pupillos au det vim ferre nefandam  
 · Vel qui in longeva confectum etate parentem  
 · Horribili voce insurgit . dixqz abstinet illi.  
 · Verbera . non impugne tamen . stat pena nocenti.  
 · Post obitum . depone igitur tam falsa superbe:  
 · Mentis consilia et melioribus ytere queso!  
 · Thure pio venerare deos his tempore in omni  
 · Et munde et pure liba cum clara nitescet  
 · Sole dies . aut . cum nox circūfusa tenebris.  
 · Abscondet terras casto torrenda sub igne  
 · Hostia mactetur . hymnos cane thura ministra  
 · Ut tibi dii faueant immensaqz copia rerum.  
 · Hinc tibi nascatur . multis vt egentibus ipse  
 · Subuenias non vt piuas germane rapina

Conuiuas inter si vis discumbere: amicus  
Non hostis veniat primum p[ro]ntia. nam si  
Aduersum quicq[ue] acciderit de morte repente  
Primum illa accurret. que si siue vestibus esset.  
Tuda etiam veniet. quod non tibi sanguineunctu  
Non aget. iste sibi vestes atq[ue] omnia ponet.  
• Improba damnosa est vicinia. sed proba si sit  
• Utilis hec igitur cupienda est pectore toto  
Tanq[ue] laudis opus. neq[ue] enim lamenta refundes  
Amisisse bouem. proba si vicina tecum est.  
• Acceptum metire et eodem pondere redde  
Vicino tibi vt hic iterum succurrat egenti  
• Res male parta mala est damnosa semper ab illa  
• Ergo caue. nec te vincant in amore sodales.  
• Illum adeas qui te. fac mutua munera reddas  
• Sponte datum capias. scelus est letale rapina.  
Quicunq[ue] et si magnum ad largitur amico  
Letatur. quicunq[ue] iacit de fronte pudorem  
Et rapit alterius q[ue]q[ue] infima turbat amici  
Uiscrag[ue] et mentem cui vis illata rapine.

- Adde parum paruo: paruo superadde pusillum  
Fiet et hoc magnum. infelis pelletur egestas  
Si modo rem cumules .hominem nec ledit habere  
Tuncta domi nocet esse foris: q̄ dulce bonumq̄  
Presens accipere atq; absente carere molestus est  
 Tunc bene potandū cum plena effundit ab aluo  
 Vina cadus. tunc parcus eris cum parte lyeus.  
 Defluit e media. sed cum declinat ad inum.  
 Spumantes iterum cyathos et pocula sume  
Quicquid polliceare homini seruetur amico.  
 Si quicq̄ cum fratre tibi est testem aduce rebus  
 Subridens nocuit non cedere .credere semper  
Ne ve tuam aliciat meretrix caue femina mentem  
Rem totam vorat illa nimis dum blanda videtur  
Neu q̄ damnosum est mulieri fidere cuiq̄:  
 Rem patris acceptaz melius fouet vnicus heres  
 Auget et hanc .at tu plures in morte relinque.  
 Ex te ortos .nam plura pater saturnus illis  
Attribuet sed te si cecus tangit habendi.  
Ardoz adhuc. fragillisq; placet tibi gloria rerum.

Hec age que moneam et varios operare labores

Liber secundus de agricultura

Am celo emergunt sublimi ab atlantide nate

Pleíades fruncanda ceres morientibus illis

Mitte in aratra boues .latitare ea sydera dicunt

Viginti totidemq3 dies .annoq3 voluto

Apparent iterum maturam incidere messem

Rursus et incipiunt dentata falce coloni

Hanc legem agricole atq3 habitantes littoza seruāt.

Aut qui pingue solum vallosaq3 tecta tenerent

Nudus ara .nudusq3 sere et mete corpore nudo

Si tempestiuos agrorum ducere cultus

Augeriq3 illos magnis successibus optas

Ne de aliena roges interdum pauper egenus

Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis

Non iterum dabimus .suet exercere labores

Improbe quos inter mortales diua potestas

Sortita est ne tristis inops cum coniuge mesta

Aut cum natozum misera comittante caterua

Uictum a picino cogites .dare negliget iste



Bis seu ter fortasse dabit .debinc si petis vltra

Proficies nihil at tu plurima verba refunde

Quabiqz iterum frustra famen .arbitus vt te

Jā:ridem admonui inuigila atqz incumbe labori

Dira fames procul hinc abeat .tua debita solue

In primistibi conde domum precioqz minisfram

Dehinc eme .quam posses custodem adiūgere bobus.

Pone domi quantum toto tibi sufficit anno

In rebus spes est alienis irrita nam si

Nic dare forte neget .tu semper pauper egebis

Tempora labuntur operum quoqz deficit vslus

Ad cras rem differre nocet .nuuq̄ horrea nuq̄

Implet iners :aut qui tempus producit .habenda est

Cura operi .furgescet opus .mala mille molestant

Affliguntqz hominem .cui sene et inuttle corpus

Cum bene se posuit rapidi vis ignea pbebi

Ac pater omnipotens secundis imbribus ether

Desilit in terras et languida membra resumunt

Jam pridem amissas estiuo in tempore vires

Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto

At de nocte magis currus exercet agendo

Tunc operum multo ante memor discinde securi

Silvam incorruptam. tunc germina desinit arbor

Sundere datq; suas volitare per aera frondes.

In tres tende pedes. mortaria contineat tres

Pistillus cubitos. pedibus quoq; confice septem

Temonem. qui si fuerit protentus in octo

Vic tibi que maleolus crebros formetur in ictus

Palmarumq; trium rota sit. variisq; repone

Ligna. effincta modis. validamq; in montibus altis

Quere vel effuso campi super equore primum

Ac stiuam compone manum qua firmet arator

Temoni cuneis dentalib; alliget imo.

Torqueat et fortes illa durante iuuenkos.

• Binaq; preterea sectis seruentur aratra

• Sic melius. nam si casu discinditur vnum.

• Restat adhuc aliud validos agitare iuuenkos

Temonem ex vltimo piri di seu confice lauro

Stiuam sit ex primo. dura dentalia quercu

Duc in aratra bouem nono qui puiat in anno

Apta etas operi matura est. franget aratrum  
Bos iuuenis. minitans iuuenili prelia cornu.  
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet  
Quere quater decies annorum etate bubulcum  
Quadrifidus pants et offellas cesus in octo  
Sit cibus huic .recto su lcabit pomere terram  
Si maturus erit .studium intermisset arandi.  
Junior. aspiciensqz pares etate colonos.  
Ibit ad hos ludosqz sciet lasciuia iuuentus  
Ergo non melior iuuenis. nec semina uerse  
Sparge humi : quantum terre mensura requirit  
Contemplare etiam cum grus e nubibus altis  
Assiduos agitat clangores .nunciat imbrem  
Uenturaqz hyemē tempusqz indicit arandi  
Angit et illius mente cui nulla boum spes  
Tunc redeant feci plena ad presepia tauri.  
Tunc proprios operare boues et plaustra .sed inquis  
Non habeo .dabit hic facile petere atqz negare  
Mentis inops alius quid enim componere curram  
Tunc polet agnarus non nouit q̄tus in illo

Sit labor et centum compagnibus insita ligna  
Que debent multo ante domi prouisi reponi  
Præterea cum tempus adest rescindere campum  
Fortius insistas operi exercere ministros  
• Nam vertenda duplex tibi sicca atqz humida tellus.  
Hæc nouo veniant celeres vð aratra inuenci  
Fertilis et feruida culmus procumbit arista  
Neu te decipiat cum semina colligit etas  
Sit noua cui studeas tellus nec aratra quotanis  
Terra recens large natis alimenta parabit  
Plutonem in primis penerare atqz annua sacre  
Vota refer cerei cum stiuæ innixus agendo  
Incipis exercere boues stimuloqz fatigas  
Sic immensa tibi surgent cere alia dona  
Semina cum terre cõmittis .pone sequatur.  
Seruulus atqz auibus rastro sata leta recondat  
• Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos  
• Leditur aduerso qui negligit omnia fato  
Si sit pingue solum : grauide inclinantur ariste  
Felicesqz operum successus a Ioue summo

Hinc capies. neq; sub tectis extendit arachne

Sila. sed immense replebunt bozrea messes

Tunc gaude et cani florentia tempora veris

Vetus agas. cum te in cassum crudelis egestas

spicit. et parto turget damus: acq; aliena

Re tibi non opus est. tua pluribus adiumentum

Sit sterilis tellus medio versata sub estu

Hincq; solo residens imas falcabis aristas.

Queros religans culmos tenuisq; sequetur

Spes vite. pauci te mirabuntur ab egris

Parua sub exigua referentē farra canisto

Difficile interdum mutabile noscere tempus.

Mobilis et varia est alti natura tonantis

At si tardus aras tardus tibi solus amanti

Afferet auxilium si largis imbibus ether

Tres noctes totidemq; dies non cessat ab alto.

Donec replerit validi vestigia tauri;

Tempore quo querna residēs sub arboze coccis

Exululat. gaudentq; hominū mortalia corda

Vere sub apice: sic tardus forsitan eques

Qui tempestino diuertit vomere terram.  
Nis intende animū. nec florida tempora peris  
Te lateant. glacialis hyems tibi cognita surgat  
In qua incumbendum est. nec te vlla taberna moretur  
Aut narrata loco sub apico fabula tardet  
Dum frigent alii vir rem tamen impiger auget  
Surge igitur. nec te paupertas opprimat illo  
Tempore. dira fames tenues facit esse lacertos  
Elatosq; pedes : et cūra tumentia multo  
Sanguine. segnis inops et spe suspensus inant  
Inclinat mentem sceleri. et meditatatur iniquos  
Unde paretrictus. hominem spes nutrit egentes  
Irrita cui nichil est et tota luce vagatur  
Dum media elapsa est estas. properate ministri  
Condite dic casulas nam semper non erit estas  
A iano messium dictum caue nubibus ille  
Letalem bobus glaciemq; et frigora ducit  
Tracius insurgit bozeas. et turbine facto  
Disturbat maria ac campos siluamq; sonantem  
Altiomas quercus annosaq; roborata pinus

Diruit ex alto et vales iaculatur ad imas:  
Silvarum auditur fragor vndiqz .sed fera duros  
Arrigit ipsa pilos caudamqz in curcibus angit.  
Quin etiam quibus est nullis densima pellis  
Perforat ille quidem setosaqz pectora transit  
Hec se defendunt dura sub peste iuueni  
Et misere algescunt hirsuto crine capelle  
Uincit ouis boream instantem fulioqz repellit  
Tegmine lanarum .sed non obsistitur illis  
A senibus curuo facit bos incedere collo  
He tamen ad teneram penetrat boreale puellam  
Frigus .at illa domi cui nondum nota libido  
Matris apud care gremium sedet .atqz hyemales  
.Non sentit glacies et tota nocte quiescit  
.Atqz oleo teneros .interdum perluit artus.  
Tum polypo durum est gelidis habitare sub vndis  
Hec videt vnde sibi venetur in equore predam  
Alleuietqz famam .proprios tum deniqz i artus  
Uertit atrox rabiem immensam .sic imbribus atris  
Turbatur mare .sic atra caligine celum

Sol quoq; ad ethyopas radios et lumina fundit  
Rarus apud graios .fugiunt animalia curui  
A more senis vales imas .et dente trementi  
Concaua saxa petunt nemorum tenebrofaq; tecta  
Tunc quoq; ne noceant hiemes tibi protegat artus  
Mollis clena tuos .cui texta ex ordine recto  
Pauca sed aduerso ducantur plurima fila  
Sitq; ea crure tenus .vetat bec per corpora setas  
Surgere et instanti prohibet durefcere vento  
Tegmina sint pedibus taurorum e polle cotburni  
Nec nocet hos inflare pilis .vt frigoza vincas  
Edozum teneras neruo bouis in sue pelles  
Ac dorso suspende . tegant capita alta galeri  
• Ne madeant aures: bozea spirante cauendum est  
• Frigoribus tunc ros celo diffusus ab alto  
Intus alit cererem sacros operumq; labores  
Ille quidam vi ventozum e fluualibus vndis  
Tollitur in sublime et matutinus in agros  
Desilit .interdum expectat tempora noctis  
Interdum bozea nubes agitante procellas



Vertitur in ventosam hiemē. fuge prouidus illam.

Acceleretur opus. pete tecta obstantia ventos.

Ne forte obscuro nebularum infusus amictu  
Immadeas. largosq; imbres pluat humida vestis

Pascua tunc carpant quous non pinguia tauri  
Quippe leuis arbor: et longa sub nocte quiescunt

Nutrimētū ingens. vobis vberima mando  
Agricole: faciliq; dies transire labore.

Nec seruanda tibi donec nox equa diebus

Atq; iterū satio committit semina terre.

At dum sexdecies sol arduus occidit vndis.

Hibernum post solsticiū sacrosq; relinquens

Oceani fluctus sublimi arcturus clympe.

Eroxitur primūq; cupit splendescere sydus.

Tunc vites incide noni neq; nuncia veris.

Antiquos iterans questus precedat hirundo.

Dum tamen immensos effundit pleias aestus

Profiliensq; vmbrosa petit plantaria limar

Tellure e sicca. tunc chinea nulla lignonem.

Sentiat .accelerent yncata falce ministri

Naturam in segetem .nec te pulcherrima tempe

Detineant segnem matutiniqz sopores

• Epa age rumpe moras .pelle ocia segnia pelle

Dum vocat alma ceres .robustaqz collige farra

• Pone domi quantum toto tibi sufficit anno

• Mane operi assurgens .operis pars tertia mane

• Conficitur .laboz haud grauis est de mane viatoz

• Longum linquit iter .taurosqz exercet aratoz

Preterea sua dum skolymus florentia mittit .

Germiua et in ramis dulces resonare cicade

Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis

Sit capta tunc mollis tunc sunt dulcissima vina

Feminaqz vrenti venenis purigine corpus

Appetit insanos coitus .lassantur ab estu

• Membra virum .tantumqz potest vis ignea solis

• Tunc licet ardores gelida releuare sub ymbra

• Fontis ad apricos latices .semperqz fluentis

• Murmur aque .faciles quam circum leniter aure

Aspirant zephyris plerūq; agitantibus illas

Hic hylares letus cyathos et pocula sume

Rublina. ter infusa magis que temperet vnda

Hic tibi ab pberibus caprarū caseus adstet

Que nullos pascant fetus .hic lactea liba.

Hic tibi siluestris ponatur caro iuence

Que nondū enira est. hic mollis: edulus adstet

Et iaceas satorum patula sub tegminis umbra

Surge tamen. celo cum fulget orionis astrum

Tempus adest. cereri sacras terat area fruges

Ad ventos posita atq; ingenti equata chylindro

Nec nisi librata ducantur ad horrea messes

Postq̄ autē satis aduictum tibi contulit estas

Continuo cui nulla domus sit quere ministrum

• Adde etiam ancillam. que sit sine prole. molestum est.

• Et graue seruitium illius: quam cura remordet

• Natorū blandire canē. panemq; ministra.

Peruigil ante fores sedet ille domūq; tuetur

Dente rapax furūq; altis latralibus instat.

· His pro opere exactis fenum paleasq; reconde  
Memiones q̄tum satis ac nutrire iuuenos.  
Inde laboranti requies prebenda colono  
Tempus et exhaustis pariter iuga demere tauris  
Dum tamen in media celi statione refulget  
Syrius. orionq; loco splendet eodem  
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum.  
Tunc uas tenero abscondens de corpore matrum  
Per bisq; uinq; dies tepido sub sole iacentes  
Pande. dies etiam molestant quinq; sub umbra  
Dehinc torque capiant uegetes. iocunda lyei.  
Adunera: sed sydus cum deficit. orionis  
Pleyadesq; hyadesq; cadunt meminisse iuuabit  
Protinus impresso subuertere pomere terram  
· Stat tempestiuo cuncta exercere labori.  
Si tamen infestum iuuat ire per equos et alta  
Puppe uehi. moneo ne quando ab atlantide natas  
Orion sequitur totoq; excludit olympo.  
Ut uideas illas medio submergere ponto.

Haurigo incumbas . mare tunc collentibus euris

Obsculum yndosos iaculatur ad ethera fluctus

Tunc igitur iaceant religate ad littoza puppes

Saxorum obnixre obicibus ne forte ruentes

Discutiant venti . pateat pars ima carine

Ne pluuiam excipiēs putei marcescat ab umbre

Instrumenta domi naualiaqz arma quiescant

Pensa gubernandiqz exploret roboza fumus

Interea cereris sacros operare labores

Ne prozsus fugendi ager labatur iu altum

Equoz amica ratis . dū non magis ynda tumescit

Hec refluunt passo sublati gurgite montes

Uadat onusta tamē censo redditura superbo

Hic meus ille quidam genitor dū pauper egeret

Errabat maria alta secans fluctusqz profundos

Ille olim eolidam cumam atqz ea littoza linquens

Appulit huc . non spe lucrī cōmotus auara

Durum opus exercere inuisa yrgebat egestas

Ille vagus demum prope tempe heliconia sedem

Astream incoluit celt in regione molesta

Frigore nunc nimio nunc intolerabilis estu  
Tempore quousqz suo iuuat exercere labores  
Nauigium ante omnes . cuius si teylla remor det  
Cura placetqz altos sulcare per equora fluctus.  
Dum faciles spirant venti et furoz ille quieuit.

• Nec te inuisa fames alieno p̄uere parto

• Cogat et inuitus multorum debitorz extes

Uade nec in cimba sed te rehat ardua puppis  
Ingentes referant census ingenta inercis  
Pondera preteres que sint aptissima nautis  
Tempora narrandum est. q̄q̄ michi parua per yndas  
Vita fuit. virqz ex illa tantum aulide cursus  
Littus ad euboēū . sub qua omnis greca quondam  
Dum pelago deseuit hyems conuenit in vnum.  
Et merito infandos fatum iuratur in hostes  
Inde michi placuit non longe ad calcida cursus  
Huc vbi magnanimū genus amphidamantis achini  
Constituūt populis certamina et inclita quondam  
Adunera defuncti ponunt in honore parentis  
Hic ego me dulcis referentem premia cantus

Auratos memini tripodas quos spon te dicaul:  
Musarum ante aras. quibus antra belliconia cure  
Ille ubi me primum dulcem docuere poesim  
Tantum igitur michi res naualis cognita surgit  
Dicam aliquid tamē et varios pandam etberis vsus  
Hec etiam nobis aspirauere camene  
Equora tuta legant instructo reo remige puppes  
Cum deciesquinqz est series exacta dierum  
Estiuum post solsticium .et iam deficit estas  
Nam neqz tunc classes medio nec nauita ponto  
Obruitur. ni forte velut iouis alta potestas  
Aut deus ipsarumqz parens neptunus aquarum  
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis  
At leues spirāt zephiri tranquilla quiescunt:  
Equora tunc celerem ventis committe carinam  
Vadat onusta tamen. reditū properare memento  
Quā prius ipsa nouos fundunt pineta liquores  
Autūnūqz imbres .et hiema in fausta pro cellis  
Aut notus insurgat pluuiā rozantibus alis  
Incūbatqz mari totumqz euoluat ab imo:

Exercent etiam studium nauale sub ipso  
Aere nouortū se tam lates arbor ab alto  
Induit in frondes. quantum vestigia cornix  
Pandit humus depressa. silet tunc nabilis vnda  
· Ast ego nauigium graue tunc semperqz molestū  
· Crediderim. hoc nature hoies leuitate nefanda  
· Subtrahere. agitant diuersa pericula fluctus  
· Et tamen ire placet : q̄q̄ mors dura sub vndis  
· Diuisie sunt vīta hoīm : atqz insanus habendi  
· Ardor. ad hec animū germane intende parumper  
Concipe fraternos monitus . maria alta secando  
Fac tecum ne cuncta pehas maīora referua.  
Nec nimis est oneranda ratis . sit ponderis equi  
Quicquid in hac durum est aduerso occurrere fato  
Fluctibus in mediis . currus discinditur omnis  
Si grauius superinstat onus. seruare memento  
Mensuram in rebus et idonea tempora ad vsus  
Cum prope ter decies tibi vīta elabitur annos  
Connubium maturum aderit decimūqz puella  
Exigat et quartum sed quinto nubat. et illa



Virgo sit atq; habitet prope te: cui sedulus adfles

Sedulus inspicias artemq; vsuq; puelle

Hec age ludibrio ne te vicina canset.

• Coniunge nil melius casta .nil turpius illa

• Que venerem purit sine fine et prostat ad omnes

• Semper et exitio superiminet illa virorum

• Nemo etiam fratris in amore equetur amicus

• At par si quis erit sit amandus tempore in omni.

• Nulla ex te inceptum fedus discordia soluat

• Adhiri scelus est. prestat compescere linguam

Infandum si vim tibi quis sit q̄ inferret amicus

Aut roze aut manibus surgere et pliscere. redde

• Redde vicem duplicem: q̄ si illū penitet acti.

• Ac penam implorans iterum te exoptat amicum

• Suscipe. vile quidez est homines noua querere semper

• Federa amicitie .multos si frater amabis

• Non laudo .nullos etiam medium sit in isto

• Si tibi corda tument vultus non indicet iram.

• Turpe sequi sceleratum hominem: maledicere cu iq̄

• Infandum est: qui iam vita laudatur honesta

- Nunq̄ a te nunq̄ misera obiugetur egestas
- E iuinum donum est .diuinumqz eterna uoluntas
- Illa quidam .que sepe uiri subline molesta
- Impedit ingeniumqz petat superalta leuari.
- Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit
- Thesaurum pre se gerit ille ea gratia magna est.
- Ut linguam moderes pensataqz uerba loquaris
- Si q̄q̄ uerbo ledes lederis et ipse
- Grata in amicorum uenias conuiuia sumptu
- Comuni dato particulam gratissima sunt hec
- Acre ioue uinu seu diis de mane cauendum est
- Illa uita libare manu tum uota precando
- Incassum fundes nulli exaudita deorum
- Solis ad aspectum nec que q̄ mingere fas est
- Docte sub obscura .recto neqz corpore nudo
- Hoc quia sacra deis .media nec credimus illud.
- Posse licere pia .si declinetur ab illa
- Esse etiam uetitum diuis uir et omnia noscens
- Herens parietibus sedet atqz exponit uirnam
- Intus ubi orbate tenuis latet angulus aule

Nec coitu polluta sacros genitalia pandas  
Ante ignes. neq; cum dulci tibi coniuge preestet  
Loucubium vt genieresdum mesto a funere tristi  
Mente redis .superum sacra sed letus. ab ara  
Credimus inuisum superis semperq; molestum  
Qui natat assiduo labentia flumina cursu.  
Quam prius ablueritq; manus pia vota preceq;  
Fuderit ante ipsas supplexq; orauerit vndas  
Infandum ante aras vnges incidere cum diis  
Sacra facis .icelus cyathos imponere pass.  
In quo vina latent .sacros operare lebetes  
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est  
Perfice tecta prius q̄ cornix garrula ab alto  
Hunciet atrem hyemem ruit hec inimica procellis  
Fac sedeat bissex quibus etas erigit annos  
Aut totidem menses natozum cara propago  
Sede sub instabili .iuuat hoc omnemq; repellit  
Segnitiam facit esse agiles et ad omnia promptos  
Sedum aut turpe virum est therms mulieribus pfi  
Hoc prorsus fugiendum etiã stat talibus atrum

- Supplicium .ante aras superum obiurgare nefandum est
- Sacra ministeria ac diuinis spernere cultus.  
 Nec licet in fluuio neq; fontis mingere in vnda
- Est quoq; turpe aliud vestitum .fuge pessima fame
- Nomina .fama malum facile in sublime leuatur.
- Est graue sufferri nimum .nimumq; molestum
- Difficile vt faceat .nunq; delebitur illa  
 Sedula que varias populi penetrantes ad aures  
 Est dea fama quidem sunt ipsi numina fame
- Sit tibi preterea series seruanda dierum;  
 A ioue ne te omnes sunt a ioue tempora nata  
 Ultima mensis erit uullo exercenda labore  
 Hac genio vtendum est .illa omnes festa per vrbes  
 Ducitur illa forum claudit neq; iura resoluit  
 Prima dies sacra est .et quarta et septima .prima  
 Natus apollo die radiantia lumina fudit  
 Luce domum quarta felix ducenda est pro:
- Omne captato .sunt omnia prospera rebus.  
 Et licet in curuam trabibus componere nauim  
 At quinta fuge nanq; illarum pallidus ortus

Tum dire euminodum facies toto orbe vagatur

Castigant si qua in terris pariuria fallum

Affirmant .que lis alterne agitata creauit.

Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum

• Leta uiris .multiqz etiam nascuntur in illa.

Quis mala mens fallax animus fallacia uerba

Et qui concubia exercent archana per artem

Hac outum fetus licitum castrare uel edos

Et licet infixa pecudes circūdare mandra.

Scindimus octaua forti genitalia tauro

Castramusqz sues felix est ponere plantas.

Nonna .uirus gigni uel amica sorte puellas.

Luce uiris decima fausto quoqz credimus ortus

Unaqz post decimam felix incidere uites

Et tempestiuam segeti supponere falcem

Hoc curat bissexta etiam felicio: illa

Stamina et exalto tenuissima torquet arachne

• Ingentem accumulanc formice farris acerum

• Et iuuat arguto percurrere pectine telas.

Tunc quoq; siluestres licitum castrare iuuenos  
Tercia post decimã plantaribus optima surgit  
Spargere semen humi pallet contraria semper  
Quartaq; post decimã mulierum prospera natu  
Ac prensos domitare boues validosq; labori  
Memiones canibus faciles adiungere cultus  
Et leure manu pecudiq; imponere mores  
Atq; aperire, cados et dulcia fundere vina  
Sextaq; post decimã plantaribus inuisa surgit  
Opportuna viros nasci sed iniqua puellas.  
Aut nasci aut thalamos petere atq; herere maritis  
Septima post decimam cereris terat ordea sacre  
Ingentemq; licet ferro discindere siluam  
Ac varias aptare trabes quibus ardua tecta  
Moliri aut structam possis agitare carinam  
Nonaq; post decimam felix est cum dea surgit  
Lutea sed mediũ celi cũ veit in orbem  
Sit grauis ex media ad finem letissima fulgit  
Proxima lux sapientẽ hominem diuina creandi.

Insigni piget officio nec luce dolendum est

Post illam quarta .sacra est ea.lecta trahantur

Gaudia .quinta dies post banc iuga curua inuenis

Ponit hemiones et colla exercet eqnozum.

Altaqz veliuolas deducit ad equora puppes

Et noua componit dulci sua vasa lyeo

• Quam pauci nouere et recto nomine dicunt

Sunt harum humano generi seruanda dierum

Tempora quippe illud magnis successibus augent

Sunt alie ancipitesqz tamen sine mente neqz illo

Officio excellunt hanc alter laudat et illam.

At paucis natura illarum cognita surgit.

• Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem.

Adore pie matris .seue modo more nouerce

Hunc fulget nunc atra latet .felixqz beatus

Ille quidem .qui diis gratus cui cognita sunt hec

• Omniaqz inspiciens rerum se exercet ad pius

Liber georgicoꝝ Nicolai de vale finit feliciter.

